fiat: & aries in maximo circulo & eodē tpe ad locū quo sidera reliqua pueniāt: necesse est eū celerrimū dici. sed nos ad circuli effectionē ueniemus. & reliqua dicem⁹. in eodē tauri genua ut fixa ꝓspiciunt. & si nōnulli ita finxere ut uno genu hoc ē dex/ tro nixus: sinistro ꝓpe pede cōtingere uideat: De hoc i medio relinquem⁹. Sed in eodē circulo. zona Orionis ut ipso circulo prēcinctus existimet. Hydra flexu a capite primo ut ceruicib⁹ erectis cancrū cōtingere uideat. & ex iferiore corpe hydrę cra/ ter cū coruo uelut fixus esse circulo conspicit. Item paucę stellę chelarū: eodē adiūgunt Ophiulci genua eodē circulo a reliquo diuidunt. Aquila sinisteriore pēna pene eū cōtingens figurata est. Eodēq; circulo caput pegasi cū ceruicib⁹ nitit. His corpibus signorū equinoctialis circulus finit. Quo sol cum puenerit bis uno anno cōficit equinoctiū: hoc est in ariete & chelis. In hac enī parte sphęrę & uer & autumnus confici existimat. ita ut uer sit in ariete. autumnus in priore pte scorpionis. Quod signum nōnulli librā dixerunt: per hunc circulū transiens sol ab ariete ad chelas: efficit sex mensiū diē: bis locis q intra arcticū uident orbē. Noctem autē bis qui antarctico circulo sūt clausi. Quare magis bis locis nemo potest durare. Et rursus ab autumno usq; ad Ver: hoc est a chelis usq; ad arietē pueniens efficit bis locis sex mensib⁹ ꝓpetuis diē in quib⁹ ante noctē demonstrauimus. Ecōtrario aūt noctē bis qui boreo polo sūt ꝓximi. Sed de hoc ante dixim⁹. Neq; enī mirū est hac collatiōe sphęrę id euenire: Erecto enī boreo polo neq; unq; occidente euenit: ut corpora queq; quę ei ꝓxima sūt circulo sero occidere uideāt. Id ex hoc intelligere licebit. Cū in his partib⁹ sphęrę habitet quę pars est ab ęstiuo circulo ad orbē q arcticos uocat. & de arctico circulo hoc ē de duabus ursis & dracone. caput draconis maxime niti ipso circulo uideat: ita ut bis qui engonasin uocat inter ęstiuū & arcticū locat⁹: caput draconis premere intelligat: quicūq; ut ante dixim⁹ ad ipsū caput draconis habitāt: ita longo die utunt

ut eis ne tertia quidem horę pars in unaquaq; nocte his obtin
gat. Itaq; Aratus ait,

Item Cicero dicit. qđ caput hic paulū ſeſe ſubitoq; recōdit. or/
tus ubi atq; obit⁹ pte admiſcent in una. De hoc Homer⁹ quoq;
in odiſſea ita breuē noctē eē dicit: ut paſtores cū alii exigāt alii
reducāt pec⁹: poſſint ali⁹ aliū audire: cū unus ppter noctē pecus
reducat: alter ppter lucē exigat: ſ; nos ad ppoſitū reuertamur.

Tertius ab ęſtiuo circulo q hyemalis uocat: his cor
porib⁹ & eorū ptib⁹ finit. Nā mediū capricornū di
uidēs: & pedes aquarii: p caudā piſtriq; ut traiect⁹
uidet. Diuidit etiā leporē fugientē a crurib⁹ & q̄/
dam pte corpis: & canis ſequentis pedes: & nauis
ipſius puppim: centauri iq; ceruices a reliquo corpore diuidit.
Scorpionis extrema cauda q̄ acumen uocat: eodē circulo con/
iungit. Sagictarii arcus eodem orbe deformat. Huius orbis in/
fra terram ſunt de partib⁹ octo. partes quinq; ſupra terrā autem
tres. Itaq; it breuior dies nocte ut ante demonſtrauimus.

Vartū circulū zodiacū eē Arat⁹ demōſtrat: de quo
ante diximꝰ & poſteri⁹ dicem⁹. Sed arat⁹ nō ut reli
qui aſtrologi ab ariete. xii. ſigna demōſtrat: hoc eſt
uere incipiente: ſed a cancro hoc ē ipſa ęſtate. Nos
autē qm̄ ab ariete incipim⁹: ita protin⁹ dicemus. In
hoc enī circulo ſic. xii. ſigna figurant: Aries Taurus Gemini. In
his trib⁹ ſignis uer demōſtrat: & ęquinoctiū uernū. Cancer Leo
Virgo. In his ſignis maxīe ęſtas cōficit. Sed ſol incipit a uirgi/
ne iā tranſire ad ęquinoctiū autūnale Chelę. Scorpius Sagicta/
rius. In his trib⁹ ſignis autumn⁹ efficit: & ęquinoctiū autumnale
Capricorn⁹ Aquari⁹ Piſces. In his trib⁹ ſignis ſol hyemē cōfice/
re demonſtrat. Et ſi nulla ſunt ſigna. xii. ſed. xi. ideo qđ ſcorpio
magnitudine ſui corporis duoꝝ locū occupat ſignoꝝ. E quibus
prior ps ☌ chelę: reliqua aūt Scorpio uocat. Priores enī aſtrologi

A nō ꝓprā ſigs ſignis.

Scorpius locū hē duoꝝ ſig
noꝝ.

cū oēs res ad.xii.ptes reuocarēt.ut mēses &horas & latitndinē
signorū.Itaq; & signa p quę res oēs significant.xii. uoluerūt ee.

Ed qm̄ septē circulis ī ꝓhęmio ꝓpositis: de quat/
tuor circulis mentionē fecim⁹ ne septē ex ordine
demōstratis:aliqd a nobis obscuri⁹dictū uideatur
de septē supant.iii.arcticos:antarcticos & ille qui
Lacte⁹uocat.Itaq; de his dicere incipiem⁹. Arcti/
con igit orbē sustinet caput dracōis cū reliq̄ corpis ptc. Cephe⁹
aūt pectore suo circulū iūgit. eodē orbe nituntꝰ & pedes maior
Vrsę.Pręterea sedile cassiopeię cū pedib⁹ei⁹nitit ipsi circulo:&
de dextro pede genuq; sinistro & pedis priorib⁹digitis ei⁹qui
engonasin uocat:& man⁹sinistra boetis exteriori pte circuli p/
uenit cōiūcta. Ad antarcticō aūt circulū puenit extrema nauis
Argo. pedesq; cētauri posteriores adiunguntꝰ. Priores aūt ꝓpe
cōtigere. Et ara uidet ꝓpe affixa Eridaniq; fluīs extrema signi/
ficatio.

Eliquū ē nobis diffinire quē supra Lacteū orbē de
monstrauim⁹. Ipse enī diuidit Oloris extremā si/
nistrā pennā:quę extra ęstiuū puenit finem.Pręte
rea transit manū dextrā Persei & ab humero sini/
stro Aurigę pueniēs sub manū ei⁹dextrā.Et gemi/
norū genua & pedes ei⁹signi qō procyon uocat. Hic diuidens
ęquinoctialē & ęstiuū circulū: tangit extremū finē mali: qui in
argo naue defixus uidet.Deinde rursus reuertēs genua cētauri
diuidit a reliquo corpe & extremā caudā terminat Scorpiōis:
& arcū mediū Sagictarii:& aqlę dimidiā ptē p ei⁹transiēs pēnas

Voniā de hisce rebus exposuimus ordine: mun/
di rationē:& quēadmodū mouear protinus dice/
mus:&in.xii.signoꝝ exortu quę deinde corpa cō
sequantꝰ:& quę pueniant ad occasum.Cōuenit no
bis mundū ab exortu ad occasum cōuerti.Ideo q⁹
uidemus stellas exorientes ad occidentem conuerti. Sic enim

primū poterim⁹ scire qd sit exort⁹: & q occasus. Si qs enī nostrū aliqs astiterit cōtra exorientē solē necesse ē arctos a nobis a si/ nistris ptib⁹ esse. Cū id ita fiat: illud quoq; necesse ē ut oīa e dex tris ptib⁹ exorta: in sinistris occidere uideant: de quo & añ di/ ximus. Igit cū uideam⁹ stellas exoriri & occidere: necesse ē mū/ dū quoq; cū stellis uerti. Sed nōnulli aiūt nihilomin⁹ id eueni/ re posse: ut si stāte mūdo stellę exoriant & occidāt: qđ fieri non pōt. Si enī stellę uagę feruntur: neq; mūdus ipse uoluit: nō pnt corpa stellis figurata īcolumia & certa pmanere. Illud enī uide/ mus in toto mūdo stellas erraticas esse. ꝟ. neq; horū cursū quēq; posse diffinire. Aratū ipsū quoq; negare se difficiles eorū cursus interpretari posse. quō igit cū. ꝟ. stellas nemo possit obseruare: tot milia quisq; possit puidere: nisi q pmittat hoc: cursus stella/ rū posse esse & nihilomin⁹ figuras corporū pmanere: qđ si nō ē: tota sphęra ad irritū reuocabit. Quicūq; enī sphęrā fecerit: non poterit efficere ut sphęra stante nihilomin⁹ stellę uersent. Illud etiā uidem⁹ in extrema cauda draconis stellā esse: quę in se uer tat: & ī eodē loco cōstet. Qđ si oēs stellę uagę ferunt: banc quo/ q; loco moueri necesse est: qđ nō euenit. Igit necesse est mundū quoq; nō stellas uerti. Quoniā ostendim⁹ mundū cum stellis q; potius stellas p se uerti: nūc reliqua dicemus

Arcti a sinistr⁹ partib

Mundus cū stellis uertā

Vm enī traditū sit nobis prius noctem q; diē fieri noctē dicem⁹ umbrā terrę esse eāq; obstare lumini solis. Et si nōnulli dixerunt in solis cursu euenire: ut cū puenerit ad eū locum ubi occidere dicat: ibi montiū magnitudinē a nobis lumē auerti solis & ita noctē uideri. Qđ si ita sit. nimirū eclypsim solis uerius q; noctem dixerim⁹. Sed aliter esse ex ipsa sphęra licebit intelligere

Nox.

Rizon enī diuidens ea quę uident: & quę nō ap/ parent. ita diffinit sphęrā: ut semp sex signa dc. xii in Hemisphęrio uideantur supra terrā. sex autem signa sint infra sub terra. Igitur cum ī uno eorum

Signa vi sup terrā

ſol nixus ferri uideaꝫ: ab eo circulo qui orizon uocaꝫ exoritur Itaq; incipit lucere. Cũq; nihilominꝰ ipſe mũdus uertaꝫ cũ reli/quis ſignis. Sed quo facilioꝰ intelligaꝫ: ponamꝰ ſolẽ eſſe in ariete a quo. xii. ſigna inſtituimꝰ numerare. Igiꝫ cũ ſol ſit ĩ ariete exo/riente dies eſt: q cũ uertẽte ſe mũdo puenit ad eũ circulũ q men ſembrinos uocaꝫ: efficit diei partẽ dimidia. Sed ſic etiã facilius intelligiꝫ. & rurſus ab eodẽ ariete incipiemꝰ. Cũ aries eſt exor/tus: pr̃eter eũ ſigna ſũt in ſupiore hemiſpher̃io. Piſces Aquarius Capricornꝰ Sagictarius Scorpio. Horũ cũ tria ſigna occiderint: hoc eſt Scorpius Sagictarius Capricornus. exorta ſunt tria quę arietẽ ſequunt. hoc eſt Taurus Gemini Cancer. Tũ fieri dimi/diũ diẽ neceſſe eſt: & arietẽ puenire ad eũ: quẽ menſembriũ eſſe circulũ ſupra diximꝰ. Cũ autẽ cũ reliqs ſignis ipſe aries occidit: & exortus ẽ Leo Virgo: tũ chelę exoriunt: & in ſupiore hemiſ pher̃io ariete occidẽte uehunt. Quę cũ occiderint: rurſus aries exortus efficiet lucẽ. Sed ne in dubiũ ueniat: cũ ariete occiden te dixerimus chelas exoriri: qd de reliqs ſignis ſine ſpher̃a poſ ſet intelligi: ſic inueniet. In quocunq; ſigno ſol fuerit exoriens qꝺcũq; ab eo ſigno ſeptimo loco fuerit: id noctu primũ exorie tur & ita cõficiet curſum. Mũdus enĩ ipſe ſemel in die ac nocte uerti uideꝫ. Itaq; euenit ut ipſa ſigna. xii. ſemel ĩ die ac nocte ui deri poſſint. Sed ne ſolis curſꝰ: de quibꝰ poſtea ſumꝰ dicturi: po/tius q̃q; qꝺ ante cępimꝰ enumeremꝰ: ad inceptũ reuertemur. Di/ximus enĩ principiũ mũdi eſſe noctẽ: deinde diẽ. Inter noctem & diẽ pr̃eter umbrã terr̃e nihil intereſſe arbitramur. Sed qm̃ ſi/gnorũ ſupra & corporũ exortus inſtituimꝰ ad hoc pueniemus.

Itur uertente ſe mũdo p utroſq; polos & Axem quem ſupra dimẽſionẽ ſpher̃ę diximus eſſe: & ita ſpher̃a collocata: ut unus polus ſemp ſit ſupra ter/ram: alter nunq; exoriaꝫ neceſſe eſt. Arctus quoq; & reliqua corpa quę ſunt in arctico circulo nunq; occidere: reliq; autẽ omnia exoriri & occidere: qꝺ inferiora ſũt

Axis.

Sydera nũq occidunt

ab eo circulo quem nunq̃ occidere diximus. Id enī posse fieri hęc edocet causa. Videmus caput extremū draconis: qđ maxi/
me arcticon extra circulū prominet: quodā tēpore ita occide/
re existimaī: ut exortus cū occasu pmiscеaī: ut & ante diximus
Si autē pars aliqua occidere de sūmo circulo uideī: necesse est
omnia: que sūt inferiora exoriri & occidere. Igitur cōuenit no
bis sidera uertēte mūdo occidere & exoriri. Prętерea hac incli
natione cęli: cū unus circulus ita sit erectꝰ ut nūq̃ occidat. alter
ita sit terrę subiectus: ut nūq̃ exoriaī: quicūq; circuli fuerint in
sphęra: hoc est ab ęquinoctiali ad polum: qui Boreus appellaī:
nullus erit eorum qui nō maiorem partem circūductionis ha/
beat supra terram. Qui autē ab ęquinoctiali fuerint circulo ad
eū polum qui notius appellatur: omnes inferiorē partē maio/
rem habebunt q̃ superiorem. & quanto magis ad polū notium
accesserint: hoc maiorē partem sub terra habere pspicientur. Et
quanto magis ad boreū finē uenerint: hoc maiorē partē circuli
supra terram tenere uidebunī. Quo enī erectior ipse polus fue
rit hoc magis & circuli eiꝰ erectiores uidebunī. Quod cum ita
sit: si duo sidera simul fuerint orta: unū ab arctico: alterū ab an/
tarctico circulo: seriꝰ occidet: id sidus qđ ab arctico circulo fue
rit exortū. ideo q̃ maiorē habet circūductionē sphęrę: q̃ quod
a notio polo est ortū. si autē simul occiderint: serius exorieī id
signū quod ab antarctico fuerit exortū: ideo qđ tota illa colla/
tio mūdi maiorē partem habeat sub terra: q̃ illa pars quę in bo
reo polo est finita. Et nō modo signa quę sūt ad arcticū finē col
locata: prestantibꝰ corporibus: aut serius occidunt: aut ante ex/
oriunī q̃ ea quę notio polo depinximꝰ. Sed ipsa quoq; corpo/
ra inter se dissentiūt: ut si qđ inferius sit signum: & id cum supe
riore exoriaī: tamen serius occidat. Econtrario itaq; si qua sunt
signa ab ęquinoctiali circulo ad notiū polū figurata: hoꝝ si qua
signa pariter exorta fuerint: citius occidēt quę ꝓxime polū ac/
cedāt. Euenit etiā ut nō modo quę simul sint exorta sidera ex

bis ſerius occidāt: quę ꝓxime arcticū circulū ſūt collocata. Sed etiā ſi qua eorū ante exorta fuerint: quę ſūt ad notiū polū fini/ta: tn̄ ante occidāt: q̄ ea corpa quę in Boreo polo figurata eſſe ſupra demonſtrauim⁹ iō qꝺ maiore circūductione ſphęrę utunt ea corpa: quę ab equinoctiali circulo ad arcticū finē ſūt cōſtitu/ta. Igit oſtendim⁹ qua inclinatiōe mūdi ſphęra ſit cōſtituta. Nūc ad. xii. ſigna reuertemur. & quoꝝ exortu quę de reliqs corpib⁹ occidant aut orianꝰ cōmemorabim⁹: & initiū ab ariete faciem⁹

ARietis exortu: ſiniſtra pars andromedę ꝓuenire. Ara autē occidere uidet. Cū eodē ſidere exorit & perſei caput uſq; ad umbilicū: ut dubiū fore uidea tur: zona ei⁹ utrū uſq; extremo ariete an tauro pri mū exoriente ꝓdeat ad lucē. Tauro aūt exorto quę pri⁹ dubia fuerūt oīa ſūt certa. Nā & ara oīno occidit: & per ſeus tot⁹ ē ortus: & aurigę caput cū reliquo corpe dūtaxat: ad ſi/niſtrū pedē uidet. & piſtrix a cauda exoriēs ſpicit. Hoc ſigno primū occidere boetes uidet & ſi cū q̄ttuor ſignis occidit: neq; tn̄ totus ad terrā pōt uenire. Nā man⁹ ei⁹ ſiniſtra circulo arctico cōcluſa: neq; orit neq; occidit. Geminis exorientib⁹ tota iā pi/ſtricis & fluminis Eridani prior pars apparet: & orion exoriri uidet. Occidit aūt Ophiulcus a pedibus genuū ſine. Cancer exoriēs obſcurat dimidiā partē Coronę: piſtriciſq; caudā: & no tum piſcē: & caput cū reliquo corpe ad umbilicū ei⁹ qui engona ſin uocat. Ophiulcū a genib⁹ ad humeros: & anguē totū pręter caput & ceruicē: quę ex ęſtiuo circulo tendit ad coronā. Boetē ꝓpe totū: terra tenet tectū. Exorit aūt & orionis corp⁹ ad zonā & eridan⁹ totus apparet. Exortu leonis reliq̄ pars occidit co ronę: cū capite & ceruicib⁹ anguis & ophiulco. Engonaſin autē qui uocat ei⁹ pręter ſiniſtrū genu & pedē nihil apparet. & Boe/tes tot⁹ obſcurat. Exorit aūt caput hydrę cū lepore toto. & pro/cyon cū pedib⁹ prioris canis: & aquila tota. Virgo autē exo/riens: nō pauca ſidera obſcurat. nā ſtatim lyra occidit cū ſagicta

& delphino:& Oloris a capite corpus usq; ad caudã prope oc/
cidit:&fluminis prior pars & equi caput cũ ceruicib⁹.Exoritur
autẽ hydra fine crateris:& canis totus:&nauis argo fine totius
ueli. Chelis exorientib⁹uidet & boetes exoriẽs totus:& to/
ta nauis apparet argo. hydraq; pręter cacumen extremũ caudę
qđ est sub terra.Exorit etiã genu & sura ei⁹ dextra:qui engona
sin uocat. Hunc eadem nocte occidere & exoriri licet uidere.
Reliquũ autẽ corp⁹:cum Scorpionis &Sagictarii,puenit parte.
Pręterea cũ chelis exorit cauda cẽtauri:Occidit reliquũ Pegasi
corpus:& oloris extrema cauda:& Andromedę caput cũ umbi
lico pegasi:& pistrix reliquo corpe ad ceruices:ut caput eius so
lum uideat:& caput cephei pendẽs ad pistricis occasũ cũ mani/
bus & humeris puenit ad terrã. Scorpione exoriẽte duę par
tes fluminis occidũt: & reliquũ corpus andromedę cum capite
Cephei. Occidit etiã cepheus capite ad humeros: quę pars est
extra arcticũ circulũ cõstituta: obscurat etiã cassiopęia resupina
ta occidens.Exorit autẽ corona quę ante centauri pedes iacere
existimat:& hydrę reliquũ:qđ caudã esse supra dixim⁹.Proue/
nit etiã & corpus centauri: qđ equina figura uidet:& ipsius ho
minis caput:& hostia quã tenere eũ supra diximus. Deniq; ad
id corpus qua fine pedes ei⁹ sũt priores.Ophiulci autẽ dũtaxat
caput exorit:& ipsius anguis caput:qđ est contra cancrũ. Sa/
gictariũ exorientẽ. Ophiulcus tot⁹ exoriẽs insequit:& anguis
qui ab eo tenet:caput eius:qui engonasin uocat.Et sinistra ma/
nus eiusdẽ. Deinde lyra tota cũ Cephei capite & humeris exit
ad lucẽ. Occidit autẽ canis maior cũ Orione toto & lepore: &
aurigę supiore parte corpis.Pręterea caput & pedes eius.Occi/
dit etiã totus Perseus pręter crus & pedẽ dextrũ. Argo autem
puppim solã relinquens: puenit ad terrã. Capricornus exo/
riens:hęc sidera ad terrã premere uidet:reliquã figurã nauis &
signũ qđ procyon uocat.Eodẽ tpe & reliquũ corp⁹ occidit Per/
sei. Exorit autẽ Olor cũ aquila & sagicta: & ara quã ,pximã esse

notio polo diximus. Aquarius exoriens: ad dimidiã partẽ corporis equi pedes ſecum de terra ducit:& caput cum ceruice pegaſi. At etiam centaurus a cauda ad humeros uirilis corporis occidit:cum hydrę capite:& ceruicib⁹. Piſcibus exorientibus:occidit reliquũ hydrę corpus: & ipſe Centaurus. Exoriť autẽ piſcis qui notius uocatur: & andromedę dextra pars corporis.

De Sole & luna:ac cęteris planetis.

Sic igiť exorientib⁹.xii.ſignis:reliqua corpora occidere & exoriri uidenť. Sed ut ante diximꝰ:nũc protinus de ſolis curſu dicemus. Neceſſe ẽ enĩ ſolem:aut ipſũ per ſe moueri: aut cum mundo uerti uno loco manentẽ. Quod ſi maneret:neceſſe erat eodẽ loco occidere & exoriri.a quo pridie fuerit exortꝰ: quẽadmodum ſigna eodem loco ſemp oriuntur & occidunt. Prętea ſi ita eſſet:neceſſe erat:dies & noctes oẽs ęquales eſſe:ut q̃z longus hodiernus dies fuerit: tam longus ſemp ſit futurus. Itẽ nox ſimili ratiõe ſemper ęqualis permaneat. Qđ quoniam nõ eſt:illud quoq; neceſſe ẽ cũ uideamus eſſe dies inęquales:& ſolem alio loco hodie occaſurũ:& alio heri occidiſſe. Si igiť aliis locis oriť & occidit:neceſſe eſt eũ moueri:nõ ſtare. Solem autẽ contra mundi motum currere:ſic poſſumus intelligere. Euenit enĩ ut duabus ex cauſis ſidera nõ poſſimus uidere. Quarũ una eſt cum abierint infra terrã: noſtrũ quoq; effugere cõſpectũ:ita ut inferius hemiſpbęrio oſtendiť. Altera autem eſt ratio:quod ꝓpter fulgorem ſolis & uim maximã luminis ſidera obſcuretur. ſiue quod ſtellis obſiſtit: ne candor earũ ad noſtros perueniat aſpectꝰ:ſiue ſua magnitudine luminis officit oculis noſtris ne pręter eius ignem aliam rem ſuperiorem ꝓſpiciamus. Quod magis ueriſimile uidetur. Neq; enim ſolis ignem eiuſmodi uidemus. cuiuſmodi reliquos ignes intelligimus. Sed ita lumen auertit noſtrum:ut ipſe quoq; nobis non igneus:ſed albus eſſe

uideatur. Prę̃terea in unaquaq; nocte.xi.ſigna neceſſe eſt appa
rere.ideo q̃ uno ſigno ſol ipſe nixus:iter cõficere uidetur: cui⁹
figuram corporis ipſe ſuo lumine obſcurat.Cum eo enim ſigno
& occidere & exoriri uidetur. Nõnulli dicunt nos.xii.ſigna
dũtaxat hac ratione ꝑſpicere poſſe:ſi in ei⁹ ſigni prima nouiſſi/
maq; ꝑte cõſiſtat.Habẽt enĩ.xii.ſigna partes eiuſdem modi: ut
unũquodq; eo⁹ in longitudine habeat partes.xxx. In latitudi
ne autẽ ꝑtes.xii. Itaq; euenit ut in longitudine ſignorũ annus
ſit.In latitudine autem ſinguli dies ſint.In prima parte ſigni ni
bilominus nos reliquũ corpus eius ſigni uideri poſſe nonnulli
dicũt.Simili ratiõe & ſi fuerit in extrema ꝑte ſigni: q̃ fieri nõ
poteſt.Nã cũ ſol ſit ĩ qualibet ꝑte ſigni & exoriat̃:ita magnũ ui/
detur habere fulgorẽ:ut oĩa ſidera obſcuret.Illud tamen poteſt
euenire:ut cũ ſol ſit in prima parte ſigni & occidat: reliquũ cor
pus ei⁹ ſigni appeat.Sed certi⁹ & ueri⁹ eſt.xi.ſigna q̃ duodecim
apparere poſſe. Prę̃terea querit̃ quare ſol cõtra mũdi inclina
tionẽ currẽs:uideat̃ cum ipſa ſua ſpḥera occidere & uerti.Nã ſi
ſol contra ſiderũ occaſũ curreret.De ariete ad piſces:nõ ad tau/
rũ trãſiret. Exoriri etenĩ ante piſces q̃ aries occidere ꝑſpiciunt̃
& ita.mũdus uerti uideat̃:ut prius piſces q̃ aries occidant. Itaq;
dieb⁹.xxx.ſol in ariete currens:& ei⁹ corpus obſcurans:ſic dũ/
taxat apparet ſol:ut ex eo loco quo aries exoriri uideat̃. & p⁹
triginta dies ſol uideat̃ ab eodẽ loco ſurgere:ex quo loco taur⁹
ante exoriri uidebat̃. Igit̃ apparet ſolẽ ab ariete ad taurũ trãſire
Quod ſi ita eſt: neceſſe eſt eum contra mundi inclinationẽ cur
rere. Quare autẽ euenit ut ante diximus:q̃ uidetur cũ mundo
ſol uerti. Eius ſimilis hęc cauſa eſt:ut ſi quis ĩ nauiculę roſtro ſe
dens:inquirat ad puppim tranſire:&nihilomin⁹ ipſa nauis iter
ſuũ conficiat. Ille quidem uidebit̃ contra nauiculę curſum ire:
ſed tamen eodẽ perueniet quo nauis. Hoc autẽ ſic etiam faci/
lius intelliget̃.ſi nauim diuiſeris in partes trecentas ſexaginta;
quẽadmodũ ſol diebus.ccc.lx.ſimul mundum tranſigit.eodem

modo ut ante diximus si nauis sit diuisa: & i una parte de. ccc. lx. constituat quilibet eorum. Nauis autē habet unius diei cursum: ille quidē contra nauim ire. Sed cū ea ad locum definitum puenire intelligeret. Nō enim extra nauim est: quia rostro ad puppim transit. Sed ipsa uaui continet. Item sol cum p ipsū mū/dum iter conficiat: & eo contineatur: uidet contra mundū ire: sed cum eo puenit ad occasum. Cum enim mundus trecencies & sexagies se conuerterit: tunc sol iter annuū conficit.

QVoniam de ſole quę uiſa ſunt nobis utiliſſima eſſe litteris mandauimus. Nunc de luna dicemus. Et ſi alta conati perſcribere: uelut natura uoluminis ad hoc loci deuenimus: ne nōnullis incaute hui⁹ rationem relinquētes: aut propter magnū laborem deficiſſe: aut inſcientia ſuperati: nō ualuiſſe perſequi uideamur. Nos autem nōnullorum exiſtimationis timendę cauſa pſequi & conſuetudinis noſtrę rationē demōſtraſſe. Sed quod alteri⁹ queri uolumen hoc plecto nō uoluimus: nec tamdiu rem cogitatam ſcripto aliorū ad deſideriū adducere. Prętera cū reliqua omnia diligentiſſime perſecuti fuerimus: alienum uidetur eſſe nos nō eandem pſequi cauſam. Quare ſicut ante dixim⁹ ad inceptum reuertemur: & neceſſario totidem uerbis de luna ac ſole dicemus ita. Lunam a ſole p alios exortus & occaſus. neceſſe eſt moueri: nō ſtare. Idq; facilius q̄; de ſole licet ītelligere: neq; enim tam magnus ardor eius eſt ut officiat oculis noſtris: neq; ut ſol dies. xxx. unoquoq; ſigno uebitur: ut difficile ſit intellectu quanta particula luminis: aut ipſius ſigni ſupereſſe uidetur cum ad aliud tranſierit ſignum. Lunam enī cum. xii. ſigna diebus. xxx. percurrat: licet intelligere duobus diebus & ſex horis. in alio ſigno eſſe. Hanc autem cum a ſole lumen accipiat: & ita nobis lucere uideat: nō eſt ueriſimile: de tam multis cauſis potius eam conſtare q̄; moueri. Si enī ſuo lumine uteret: illud quoq; ſequebat: eam ſemper ęqualem eſſe oportere: nec die tricęſimo tam exilem: aut omnino nullam uideri. Cum enim totum tranſegerit curſum. ſola autem ad aliud tranſire ſignum intelligatur. Prętera ſi ſuo lumine uteret: huius nūq̄ eclypſin fieri oportebat. Sed ne dubiū fiat quare ſolis eclypſis fieri poſſit: qui utriſq; lumen dare ſupra ſit dictus. Lunę autē nō facile fiat: cum alieno lumine utatur. Eius hęc ueriſſima: ut arbitramur: ē cauſa. Luna enim cum ex toto mūdo & omnibus ſtellis maxime terrę proxima uideat: & ad acies noſtras pueniat. Et quodā

tempore torrens pueniat ad eundem locū ſigni quod ſol uebit obſeruare lumen eius a noſtro conſpectu uidetur. Hoc autem maxime euenit die nouiſſimo cum luna tranſierit ī duodecim ſigna. Et cum ſol ad aliud ſignum tranſire uideatur: & proxima fiet illi. Quod euenire. ſic etiam poteſt itelligi: ut ſi quis alicui manum planam ad oculos admouerit quanto magis ſic fecerit; hoc minus ille uideri poterit: & quanto longius ab eo diſceſſerit: hoc magis illi omnia poterunt apparere. Simili ratione. cū luna ad ſolis locum peruenit: tunc proxima eius uidetur eſſe: & radios eius obturare: ut lumen emittere nō poſſit. Cum autē luna ab eo loco diſceſſerit: tūc ſol lumen eiicit: & ita ad noſtra adiicit corpora. Lunę autem eclypſis ſic euenit: cum prope una dimenſione ſit luna cum abierit ſol ſub terrā dūtaxat hoc modo: ut p mediam terram ſi quid directum traieceris contingere poſſit ſolem ſub terram. Lunam autē ſupra terram. Quod cum ita euenit: neceſſe eſt ſolis radios propter magnitudinem terrę ita eſſe dimiſſos: ut lumen eius quo luna lucet non poſſit ad eā peruenire: & ita exiſtimatur fieri eclypſis lunę. Quę ſi ſuo lumine uteret: licebat ne apparere quidem nunq; ſolem. ideo q luna nihilominus luceret. Sic nanq; accipit lumen: ut luceat cum ſol uenerit per terras: ſed nō ut aliquem locum concluſiorē totumq; ſpaciū impleat lumine. Si quis noſtrum ſteterit in eo loco: quo ſol maxime lucet: reliquis partib⁹ lumen a ſole accipiēs prębebit. Id in luna fieri inuenitur. Eam ſolis lumine accepto. lucere nōnulli exiſtimant reuibratione. Cū dicitur ſol in ariete aut in quolibet ſigno eſſe eum ſupra ipſas ſtellas arietis iter facere. Qui autem hac ratione utunt. longe a uera ratione errant Nam neq; ſol neq; luna proxime ſidera apparent. Hac etiā de cauſa nōnulli ſeptem ſtellas erraticas finxerūt. adiungentes eodem ſole & luna: qō cum quinq; ſtellis feruntur: Luna enī proxime terra eſt. Itaq; diebus. xxx. totum mundum exiſtimatur trāſire. Id hac euenit ratione: ſi circulos qs intra zōdiaci ambi/

tum fecerit: eoſq; ſic hoc interuallo ſinxerit: ut terra ſit in me-
dio: & unam a terra ad lunã menſionem fecerit: q̃z greci τῶνος
appellauerunt. Hunc autem quia nõ certum ſpacium potuerũt
dicere: tonon dixerũt. Hac igitur re: ꝙ breuiſſimo circulo de-
uehitur diebus. xxx. ad primum peruenit ſignum.

AB hoc circulo abeſt circulus tonon dimidiū: quo
oco Mercurii ſidus uehitur. Itaq; dieb⁹.xxx. ad
alterum ſignum tranſiens. Tardius ab hoc circulo
abeſt tonon dimidiū: quo loco iter ſuum ueneris
dirigit aſtrum. Tardius q̄; Mercurii ſtella confi/
ciens curſū. Trāſit enim ad aliud ſignū diebus.xxx. Supra hu/
ius ſtellam ſolis eſt curſus qui abeſt ab heſpero: quę eſt ueneris
ſtella medietate toni. Itaq; cum inferioribus pariter peruolans
uno anno ideſt duodecim. ſigna pcurrit triceſimo die ad aliud
tranſiens ſignum. Supra ſolem igit̄ & eius circulum Martis eſt
ſtella quę abeſt a ſole tono dimidio. Itaq; dicitur diebus.lx.ad
aliud ſignū tranſire. Hunc orbem ſupra louis ē ſtella: quę abeſt
a martis hemitonio. Itaq; uno anno ad alterum tranſit ſignum.
Nouiſſima ſtella ſaturni quę maximo uehit̄ circulo: hęc autem
tono diſtat a louc. Itaq; annis.xxx.xii pcurrit ſigna. Ab ipſorū
tamen ſiderum corporibus Saturnus abeſt tono uno & dimi/
dio. Hac igitur ratione potes ſcire neq; ſolem neq; lunam con
tingere ſtellas: & nihilominus p zodiacū circulum uerti. Hinc
etiam poſſumus intelligere: lunam minorē eē ſole. Omnia quę
proxima ſunt nobis maiore neceſſe eſt eſſe: q̄; quę longo diſce
dente interuallo uidemus. Igitur lunā uidemus proxime nos
eſſe. Neq; eam maiorē noſtro aſpectui effieq̄; ſolem. Illud quoq;
neceſſe eſt cum ſol nō longe abſit a luna: & a nobis maior uide
tur. ſi prope acceſſerit: multo maiorē futurum. Pręterea neceſſe
eſt ut ante diximus: aut nullam ſtellam erraticā eſſe: aut ſolem
pariter cum luna ut reliquas ſtellas errare. Si enim quiſq̄; mihi
poteſt demonſtrare quinq; ſtellarum curſum & dicere: ꝙ hodie
quęq; coram ad aliud tranſeat ſignū: quēadmodū de ſole & lu/
na fieri uidemus. & nihilominus ſuū efficit curſum nō eſt erra/
tica. Si autē dubium eſt qō hodie tranſeat: & ad aliud ſignū cō/
pari ratione cum luna feratur. & ſuū circulum dirigat: quemad/
modum ſtellę quę ſūt dubię. neceſſe eſt has quoq; errare. ſed nō

euenit ut errent pręſertim cum ſuo tempore ad curſum reuer/
tant. Igitur ne ſtellę quidem: cū certo tempore ad ſuum ſignum
reuertant: poſſūt errare: niſi forte uolumus accipere excuſatio/
nem qō duo corpora magna facilius poſſūt obſeruari: q̄ ſingu/
lę ſtellę: quę nō certos curſus conficienres uident apparere.

SEd ſtellas quinq; nonnulli has aiunt eſſe Veneris
Mercurii: Iouis: Saturni & Martis. E quibus eſſe
maximā colore candido: nomine heſperū: & eam
appellari Venerem. Hęc ſtella nō abeſt a ſole lon/
gius duobus ſignis ſubter eius circulum colloca/
ta: ſicut ante diximus.



Apparens autem maxime noctu. sed toto mense nō plus inde ficiens potest uideri. Sed totus besperus incertos efficit cursus nō eodem tempore ad preteritū transiens signum.

Secunda stella est Mercurii nomine Stilbon totus acuto lumine: sed in aspectu nō magnus. Hic autē a sole nō longius abest signo uno. Qui semp eos/dem cursus effic̄ies: modo nocte prima: modo aūt ad solis exortus incipit apparere: nōnunq̄ etiam ppetuo: signis. iiii: est cum sole: rediens autē cum sole: non am/plius est q̄ tertiam partem signi.

Iouis autē ſtella nomine Phętonta? corpore ē magnus. Figura autem ſimilis lyrę. Hic autem. xii. ſi/gna ānis totidē tranſigere exiſtimat: & unoquoq; anno nuſq; apparere dicitur: nō minus dies. xxx. nō plus. xl. Sed tunc maxime obſcuratur cum occidit cum ſole. Exoriens autem apparet anteq; ſol.

SOlis ſtella nomine Phaeton: corpore eſt magno: colore autẽ igneo: ſimilis eius ſtellę: quę eſt in humero dextro Orionis. Hic p. xii. ſigna aſſidue ferri uideť. nõnunq; etiã cum ſolis ipſius ſideribꝰ apparet: modo aliis partibus adiectis circuli. Hanc ſtellam nõnulli Saturni eſſe dixerũt. Redire autem ad ſignum annis. xxx. & quotãnis nõ apparere. Nõ minus dies. xxx. nec amplius. xl.

Reliquū eſt nobis de martis ſtella dicere: q̄ nomine Pirois appellat. Hęc autē nō magno eſt corpe: ſed figura ſimilis eſt flāmę. Nōnunq̄ autē cū ipſi⁹ ſolis ſideribus concurrens: omnia ꝓuolat ſigna: ſedens ad primū ſignum nō longius biennio.



Quod ad q̄nq̄ ſtellas attinet: hucuſq̄ ſatis arbitramur dictū. Nūc autē demonſtrabim⁹ quib⁹ de cauſis menſes intercalent. Quoniā tēpus oē metimur die & nocte. menſe & anno. Quib⁹ diē nobis diffinierūt. q̄diu ſol ab exortu ad occaſū pueniat. Noctis autē ſpaciū conſtituerūt eſſe. q̄diu ſol ab occaſu: rurſum ad exortū reuertat. Menſē autē q̄diu luna zodiacū circulū ꝓducat Annū autē uoluerūt eſſe: cū ſol ab eſtiuo circulo redit.

Iacobus Sentinus Ricinenſis lectoribus ſęncitatem.

Si quis adés ſacrũ cyrram conſcendere montem
Qui cupias: muſas uel coluiſſe nouem:
Scito prius q̃; ſis redimitus tempora lauro
Eſſe opus Aſtrorum cognitione tibi:
Quodq; ita ſit uatum teſtes monumenta priorum.
Sunt: quibus in cunctis ſidera cuncta micant.
Agricolas aliis poſitis nam reſpice librum
Quo docuit terras uertere rite Maro:
Inuenies illic tot tempore ſępe ſereno
Quod cęlum ſpectans ſidera nocte uides.
Arma per ethmathios campos qui ſcripſit: & ille
Carmine meonio ſidera plura ſonat.
Exul quiq; fuit ueneris quia tradidit artes
Inſeruit faſtis ſidera quęq; ſuis.
Vtq; alios taceam nullus mihi crede poeta
Eſt bonus aſtrorum cognitione carens.
Quęris ubi inuenias a quo uel diſcere poſſis
Sidera tam docti quę cecinere uiri.
Ecce opus: Hyginius quo nunc quot ſidera mũdus
Altus habet: tot nos ſidera noſſe docet:
Quidq; ſit inferior mundus: quid ſphęra: quid axis:
Quid centrum ſphęrę: quid ſit uterq; polus:
Aurea mala ferox ſerpens qui plura puellis
Seruabat: quid ſit Arctophilaxq; ferus:
Hinc Elice quid ſit: uel quam tyrus aſpicit arcton
Noſcere tu nunc ſit quid cynoſura potes.
Perſeus andromedę monſtro religata marino
Cunq; meduſeo lurida gorgon equo
Gnoſia cum fulua fuerat redimita corona.
Qua prius: & magno ſtructa ſonore lyra

Engonasis cepheo cum Cassiopeia magno:
Et Nemesin fallens corripiendus Olor:
Atq; Aquila:Heniochus:Delphin:Deltoton:& ille
Quem cingit Serpens:atq; Sagicta simul:
Bis sex post istas celestia signa figuras:
Cetus:& Eridanus:& Lepus:atq; Canis:
Et Procyon uates multum cantatus Orion:
Ara quoq; a magno condita sacra deo:
Argos:phyllirides medica doctissimus arte:
Hydra:uia & que nunc lactea nomen habet:
Pluraq; in hoc paruo narrant mixta libello
Que sunt in stellas corpora uersa nouas:
Quinetiam causę cur sic mutata fuerunt
Monstrantur:faciles omnibus atq; domus.
Hunc igitur quisquis doctas coluisse sorores:
Hunc eme uel quisquis sidera nosse cupis:
Hunc lege qui latios optas uel nosse poetas:
Hunc lege uel Rhetor qui bonus esse uelis:
Hunc legat omnis amans:legat hunc quicūq; labores
Sustinet:atq; illud ponere tentat onus.
Attamen ingrati ne uos possitis haberi
Quo nihil in mundo turpius esse potest:
Dicite post messem uiuat per Nestoris annos
Vtile qui nobis tam bene pressit opus.

Anno salutifere incarnationis Millesimo quadringentesimo octogesimo quinto mensis Ianuarii die uigesima secunda. Impressum est presens opusculū per Erhardū Radtolt de Augusta.
Venetiis.